

XIII

L.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
MORBORVM
DIFFERENTIA INDIVIDVALI
GENERATIM

QVAM

SVB AVSPICIIIS SVMMI NVMINIS
EX AVCTORATE GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAE SIDE
VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ATQVE EXPERIENTISSIMO
DOMINO

D. ANDREA ELIA BVCHNERO
SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMI PRVSSORVM REGIS CONSILIARIO INTIMO,
MEDICINAE ET PHILOSOPH. NATVR. PROFESS. PVBL. ORDINAR.
FACVLTATIS MEDICAE H. T. DECANO,
IMPERIAL. ACAD. NATVRAE CVRIOSOR. PRAESIDE
ET COMITE PALATINO CAESAREO,

PRO GRADV DOCTORIS
RITE CONSEQVENDO

DIE II. NOVEMBR. CLO IOCC LIV.

H. L. Q. S.

PVLICE PROPVGNABIT

AVCTOR

ERNESTVS FRIDERICVS LETZAV
REGIOMONTO-PRVSSVS.



HALAE AD SALAM
E TYPOGRAPHEO CVRTIANO.

SECRETATIO IN VAGABUNDIA MARCHIA
DE
MORBorum
DILETTANTIA INDIVIDUALIA
GENERATIM

SAE APLICIS SUMMI NAMINIS
EXACTORIATE ORATIONE REGATRATATIS INDICAT
IN RIGA TRIBRUCIANA
PARSIS
ALIO LATERI, ET CETERIS AUTAE TERRITORIIS
DOMINO

SACRIS OMNIUM MGRIN NOTIS
TOTINTS IMI PRACTORVM REG CONSELVIARIO INTIM
MEDICINA ET PHARMACON NATURAE TOTALEM, ET OPIUM
TACITATIS MEDICAE ET BEGAD
IMMURIA ACER NATURAE CARIOZORIUS SVERSE
ET COMITE FALATINO CASSEFO

D. ANDREI HAA BACHFERO

PRO GRADA DOCTORIS
RIUS CONSOLIDANDO
DIE 15 NOVEMBRI 1606
L. I. 10
TURICE ROMPACAVATI
ACIOL
TRAGETAS ERUDITICAS LETANIA
IUDICIONIS-PRAEVARA

HAFIA D. SARA
VIA ITALIA CANTATA
H. T. A. E. S. R.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA,
DE
MORBORVM
DIFFERENTIA INDIVIDUALI.
GENERATIM.

PROOEMIVM.



*Non opus est multis verbis ad probandum, quanto
pere solida morborum cognitio ad illorum sa-
nationem recte suscipiendam requiratur. Cu-
ius enim conditionis regulae illae esse po-
tunt, iuxta quas Medicus veri nominis morborum cura-
tiones adgreditur, quam quae illorum naturae plane sunt*

A 2

con-



PROOEMIVM.

conformes? Vera ideoque idea morbi Medico obuersari debet. Hinc illum probe scire oportebit unde morbi origo deriuanda sit, quales ille effectus in corpore producere valeat et cur hi in casibus obuiis modo plures, modo pauciores, modo grauiores, modo mitiores appareant? Qui vero sine penitiore morborum cognitione cauissas aegrorum agit, ille ignorabit, ubi vires motrices corporis vel magis excitandae, vel restringendae sint, atque ubi potius vel fluidorum, vel solidorum haberi debeat ratio; ad quae momenta omnes regulae therapeuticae redeunt. Temerarium adeoque foret, morborum curationes sine illorum solida cognitione instruere velle; dum hoc modo error facile committi poterit nocivus vitae aegrotantium, ad quam tam conseruandam natura omnia instruxit in corpore, atque ad agendum huic fini conuenienter Medicum, tanquam sui ministerium, obstringit. Quando vero Medicus ante lecta aegrorum versatur, ipsi tunc res erit cum meritis individuis. Attentus tum ad ea, quae ipsi obseruare licet, saepe videbit, quantopere in duobus aut pluribus aegris discrepent morbi, ad unum genus vel eamdem speciem pertinentes. Opera adeoque ipsi danda erit, ut huius differentiae, in morbis deprehensae, rationes perspicere intel-

PROOEMIVM.

intelligat regulasque sanandi naturae aegrotantium adcommodet. Quum iam, pro summis in Medicina honoribus et priuilegiis legitime consequendis, Statuta academica a me exigant specimen quoddam doctrinae medicae elaborandum, elaboratumque publice defendendum: operaे pretium fore iudicauit hac occasione principia illa euoluere, quibus innititur vera cognitio illius differentiae, quae inter duo aut plura individua, uno eodemque morbo laborantia, intercedit. Neque hoc argumentum indignum mihi esse videtur specimen inaugurali; quum haecce doctrina in praxi utilissima sit neque adeo exulta in scriptis Medicorum, ut nullo prorsus ulteriore examine indigeat. Ad methodum tandem tractationis quod attinet, ex genuinis principiis asserta mea legitimo modo deducere conabor, dum alia via, ad veritatis cognitionem perueniendi, non patet.

Faxit Deus feliciter!

Observa-
tio.

Attentos ante strata aegrorum Medicos quotidianam docet experientia, quantum eiusdem speciei morbus alium mitius, alium grauius adficiat, in vno citius decurrat, in alio se vterius protrahat, apud istum hunc, apud illum vero alium nanciscatur euentum. Exempli loco: Saeppe fieri solet, vt vno tempore duo incident in febrem catarrhalem malignam; horum alium conqueri audies de nimis cordis angoribus, virium prostrationibus, capitis doloribus, impotentia deglutiendi, intenso aestu, noctibus a somno vacuis et pluribus aliis ingentibus malis, iustumque hanc miseri querelam esse, ex phaenomenis facile concidere poteris; dum e contrario alius parcior est in dolenda sua conditione, quam quoque mitiorem esse indicant reliqua omnia, quae tibi ex statu aegri apparent. Vel pone tibi ob oculos exempla hypochondriacorum. Alteri noctes insomnes transigendae sunt, quum alter somno satis quieto fruatur. Illi appetitus constat, huic deficit. Vnum cibi assumpti valdopere agrauant, abdomen distendunt, ructus producunt, atque inde plura alia mala in multis aliis partibus corporis determinant:

I. Q.

; A.

quae

de Morborum differentia individuali generatim. 7

quae incommoda alius vix persentit. Atque ita se quoque res habet in compluribus aliis casibus aegrorum. Quibus iam serio perpensis, si Medicus diuersa quaedam deprehendit in morbis certi generis et certae speciei, quibus adficiuntur duo aut plura individualia, tunc illius animum notio differentiae individualis subit.

VI. 2
§. II.

Absolutur itaque *differentia morborum individualis* dissimilitudine aut inacqualitate eorum, quae in morbis eiusdem generis vel speciei deprehenduntur, quatenus hi duobus aut pluribus individualiis inexistunt.

Ad diuersa enim animum convertere solemus, ut vissas docer, in differentiis morborum individualibus, quantum hi scilicet, licet eiusdem generis vel speciei sint, modo qualitate, modo magnitudine obseruorum discrepent. Sed a qualitatum diversitate dissimilitudinis, atque a quantitatum differentia inaequalitatis notio pendet, prout ex ontologicis constat. Satis ideoque puto perspicuum esse definitionem differentiae morborum individualis, quam in se complectitur §. Illius praeterea vissus ex sequentibus apparebit.

§. III.

Quia mihi animus est propositum argumentum generale.

Scholion

tum ex certis principiis deducere, illudque veris visibus practicis accommodare: rei ipsius ratio postulare videtur, ut generale quoddam principium cognoscendi praemittam, in quo tota praesens doctrina se terminabit, et ad quod, tanquam ad lapidem lydium, sequentia vocari poterunt.

§. IV.

Vbi ratio sufficiens differentiae morborum in dividulis?

Differentiae morborum individualis ratio sufficiens sita est in determinationibus individualium aegrotantium. Ad morborum enim differentiam individualem referuntur dissimilia aut inaequalia, quae in morbis eiusdem generis vel speciei obseruantur, quibus duo vel plura decumbunt individualia (§. II.). Concipis tibi adeoque ista individualia instar subjectorum, de quibus praedicas, quod singula morbo quidem eiusdem generis vel speciei obnoxia sint, ita tamen, ut in quoquis illorum nonnulla adhuc diuersa deprehendantur, quae vera esse oportebit, dum actu ipso fieri obseruantur. Quoniam vero in omnibus propositionibus veris, unde nec singulares excluduntur, praedicatum determinatur per notionem subjecti (§. III. Log. Perill. L. B. DE WOLFF); patet, idem quoque valere debere de-

duo-

duobus aut pluribus individuis, ex morbo unius generis vel speciei decumbentibus. Erit igitur notio subiecti, in quolibet istorum individuorum aegrorum, determinans, praedicatum, quod eidem tribuitur, determinatum (§. n^o 4. *Ontolog. Perill. L. B. de WOLFF*). Quum denique determinans sit determinata ratio sufficiens (§. n^o 6. *Ontolog. Perill. L. B. de WOLFF*): haec quoque in determinationibus individuorum aegrotantium latere debet, cur nempe morbi eiusdem generis vel speciei in illis dissimiles aut inaequales apparent. Vera igitur erit propositio.

§. V.

Quum determinationes individuorum aegrotantium in se contineant rationem sufficientem differentiae morborum individualis (§. ant.): sequitur, ut illum oporteat determinationes individuorum, morbo unius generis vel speciei afflictorum, sollicite colligere, easdem accurate considerare, qui differentiam morborum individualem distincte introspicere contendit.

Ratio sufficiens differentiae morborum individuallis ob res sex non naturales et exter-nas alias.

Cuius iam conditionis istae determinationes sunt, ex subsequentibus clarius clucescer. Pertinet huc non solum intrinseca, sed etiam extrinseca, ut diversae relationes corporis humani ad essent

B

eius

Dissertatio inauguralis medica,

eius statum referendae. Exsequar id principio cognoscendi pau-
lo ante euicto conuenienter, quod in praesenti doctrina vim no-
tionis directricis sustinet. Nihil praeterea admittam, quod non
foret obseruationibus plane consentaneum: quibus conuenienter
theoria medica veri nominis vnicce accommodari debet. Alias
enim segmentis modo conceditur locus.

§. VI.

*Confeda-
rium.* Si quidam aegrotantium ex morbo vnius generis vel
speciei errores nonnullos rerum sex non - naturalium, aut
aliarum externalium, committunt, quos vero reliqui cui-
tarunt: fieri tum poterit, vt inde differentia istorum
morborum individualis nascatur. Incongruo enim
usu rerum sex non-naturalium morbos produci,
eosdemque aliunde iam productos in corpore ma-
gis augeri posse, Pathologia docet, idemque quo-
tidiana fere experientia confirmat. Quodsi igitur
quidam aegrotantium ex morbo eiusdem generis
vel speciei peccauerint, quidam vero minus: in il-
lis fiet morbus acerbior, qui mitior in his aderit.
Sed quia alias ista individua ratione suarum deter-
minationum inter se conuenire supponuntur; nisi
quod illorum quaedam adhuc indicatam in pro-
positione determinationem receperint: inde igitur
differentia morborum individualis orietur, et or-
tae

de Morborum differentia individuali generatim. II

tae ratio sufficiens in dicta determinatione latebit (§. IV.).

Vnde iam veteres Medici, ante strata aegrorum versantes, tam accuratam rationem habuerunt aeris, cibi et potus, pathematum animi et reliquarum rerum sex non-naturalium. Testantur id integra loca in scriptis HIPPOCRATIS et GALENI. Idque valde necessarium est. Conf. Perill. L. B. van SWIETEN, *Comment. ad Aphor.* BOERHAAVII §. 586. Ad res alias externas, ab aegro admittas, valentesque ad morbum valdopere mutandum, pertinent e. g. peruersus usus medicamentorum, et plura alia.

§. VII.

Quando inter duo individua diuersi sexus, morbo ob diuersitatem generis vel speciei obnoxia, sibique quoad certas determinaciones similia et aequalia, differentia quedam morbi individualis intercedit: huius ratio non nisi a diuersitate sexus petenda erit. Quantum enim ex praefixa propositionis conditione liquet, omnes his in subiectis determinationes, tam similes, quam aequales, supponuntur, praeter diuersitatem sexus. Hinc si quaedam in illorum morbis differentia individualis obtinuerit, huius rationem sufficientem in diuersitate sexus sitam esse oportebit; utpote qua determinatione haec duo individua aegra a semetipsis discrepant, (§. IV.).

Sexum sequiorem ad aegrotandum proniorem esse prae potiori, satis constat. Et quantam hic differentiam facere possunt morbi incidentes in imminentem periodum menstruam?

§. VIII.

*Ob temperamen-
tum.* *Si in duobus aut pluribus individuis aegris, ex morbo eiusdem generis vel speciei, omnes determinationes conueniant, praeter temperamentum; atque differentia quedam morborum individualis deprehendatur: haec nullam aliam rationem sufficientem, quam temperamentum, agnosceret. Eodem modo demonstratio propositionis procedit, quo factum est ad §§. VI. et VII.*

Temperamentorum diuersorum diuersam esse vim et efficaciam ad morbos, probe constat. Conf. Ill. b. m. HOFFMANNI Med. System. Tom. II. Part. II. Cap. I.

§. IX.

*Ob aeta-
tem.* *Quodsi aetas duorum aut plurium individualium, morbo unius generis vel speciei subjectorum, diuersa fuerit, reliquae autem determinationes inter se congruerint: deprehensae differentiae individualis morbi ratio sufficiens aetas erit. Similiter demonstratur propo-*

sitio, vti in §§. VI. et VII.

Dari morbos aetatum, Pathologia vberius explicat. Quanta inde differentia inter morbos obviatur, perito Medico satis notum est.

de Morborum differentia individualia generatim. 13

est. Exempli loco sit corpus senile febriens, et quod adhuc in iuvenili aetate constitutum est.

§. X.

Si omnes aliae determinationes in duobus aut pluribus individualibus, ex morbo eiusdem generis vel speciei decumbentibus, inter se fuerint consentaneae, excepto vitae genere, quod cuilibet erat diversum: tunc differentiae individualis, si quae adfuerit, ratio sufficiens posita erit in diverso vitae genere. Eadem prorsus ratione instruitur demonstratio propositionis, sicuti in §§. VI. et VII.

A vita genere diverso diversos quoque morbos in corporibus humanis produci, hosque etiam aliunde productos valde alterari possunt ab ista causa, in doctrina pathologica euincuntur. Paret ad eoque, me ne isto quidem in casu conditionem naturae negligere.

§. XI.

Quando unius ex duobus individualibus, morbo eiusdem ob vitia generis vel speciei affectis, structura corporis vitiata tam duram corporis fuerit, reliquae vero illorum determinationes sibi plane responderint: observatae differentiae morbi individualis ratio sufficiens collocanda erit in virtute structurae,

quo unum individuum deturpatum est, alterum vero minus. Haud dissimili modo demonstratur propositione, sicuti in §§. IV. et VII.

Vt enim ultima ratio morborum in modo compositionis, tanquam illius essentia, latet: ita manifesto patet possibilitas conditionis, quam prae se fert propositio. Exemplo sint duo phthisici, unus gibbosus, alter non ita. Ille multo cum maiore difficultate stipatam habebit respirationem, quam iste.

§. XII.

Ob consuetudinem. *Si omnes duorum individuorum, aegrotantium ex morbo eiusdem generis vel speciei, determinationes sibi fuerint consentientes, praeter quod unus horum aegrotorum certis mutationibus corporis adsueverit, alius autem non: necesse tunc erit, ut abortae differentiae morborum individualis ratio sufficiens lateat in ista consuetudine.* Demonstratio propositionis eodem modo adornatur, quo in §§. VI. et VII.

Pertinent hoc exempla illorum, qui venae secundae, qui sudoris aut aliis excretionibus, certo tempore suscipiendis, adsuescant. Apparet sat, quanta inde diueritas in morbis saepe ori possit, quando hi in illa consuetudinis tempora ingruunt.

§. XIII.

Ob statum corporis praeteritum. *Quod si in uno individuo extiterit quondam morbus, qui dispositionem ad aegrotandum corpori ingeneravit,*

de Morborum differentia individuali generatim. 15

uit, a quo aliud immune est; atque ambo ista individualia simul inciderint in morbum eiusdem generis vel speciei, consentientibus reliquis illorum determinationibus: differentiae morbi individualis subnatae rationem sufficientem in se continebit status corporis praeteritus. Propositionis demonstratio iisdem fundamentis inititur, sicuti in §§. VI. et VII.

Ea saepe indoles est morborum, ut in alias sui speciem vel transiunt, vel post sui quoque cessationem in corpore aliquid relinquent, quod in morbam praesentem valdopere influit. Quoties docuit fida obseruatio, ab emeticis, quae sensibilioribus data erant, eam conditionem ventriculo fuisse impressam, ut ipsum cibi optimae etiam notae, parceque sumpti, laederent? Cuius rei effectus se iam aliis morbis praesentibus immiscebunt. Atque unde fit, ut, dum febris maligna ad infastum euentum propendet, illi in hepate, cui antea morbus inhaerebat, huic in pulmonibus, inflammatio suboriatur, qui quondam ex morbo pectorali decumbeant? In compluribus aliis casibus idem fieri testantur obseruationes. Conf. III. b. m. HOFMAN-NVS I. c. Tom. III. Sect. I. Cap. IV.

§. XIV.

*Quando duorum individualium, ex morbo eiusdem ob com-
generis vel speciei aegrotantium, ea fuerit conditio, ut plicatio-
in sui determinationibus conueniant; nisi quod unius bi- nem mor-
corpori aliis adhuc inexistenti morbus, a priori diuersus,
qui*

qui in alterius corpore deficit: necesse tunc erit, ut differentiae morborum individualis ratio sufficiens dependeat a morbi complicatione in casu. Demonstratio propositionis eodem modo, qui ad §§. VI. et VII. obtinuit, concipienda erit.

Febre correptus plethoricus acerbiores persentit dolores capitis, quam cui sanguis non ita abundat. Febris quaedam intermit-
tens hypochondriaco oborta, ipsi sub scrobiculo cordis maiorem sensum sub redeunte paroxysmo excitabit, quem alius mi-
tiorem esse deprehendet. Est iste casus praecipue in febribus frequetissimus; vbi adeoque febrium differentiae in-
dividuales ex isto fundamento, quod in propositione indicatur, depromendae erunt. Non superficiario, sed perleuerante stu-
dio Medici opus est ad casus febrium complicatarum digno-
scendos, ob ingentes, quae hic saepe obueniunt, difficultates.
Conf. D. NIETZKI *Dissert. de Febribus complicatis in ge-*
nere.

§. XV.

Ob variarum determinacionum compositionem in uno, fieri poterit, ut morbus eiusdem generis vel spe-
ciei in duobus individualiis oriatur, quae ratione plurium quoque determinationum, in §§. anteced. enarratarum, in-
ter se dissentiant. Atque tum differentiae morborum individualis rationem sufficientem in se complectetur di-
uersa istarum determinationum compositio in singulis. Val-
lebit hic quoque demonstratio ad modum §§. VI.
et VII. confienda.

Ita

Ita conuenire poterunt duo aut plura individua aegra ratione aetatis et sexus, differre vero ratione temperamenti et errorum circa res sex non-naturales commissorum. Vel in vicem veram. Atque ita cum reliquis quoque determinationibus, de quibus haecenus differui, comparatum esse poterit: quarum aliae in hoc, aliae in illo individuo aegro, in uno pauciores, in altero plures obtinebunt. Ut adeoque pateat istum casum frequentem esse.

§. XVI.

Licet sub iis, quae hucusque de differentia morborum individuali differui, omnia momenta comprehendantur, ad quae in casibus obuiis animalium dirigere debet Medicus: tamen lubenter confiteor, dictis plura adhuc potuisse adiici, eaque utilissima. Quorsum exempli loco pertineret modus cognoscendi, quando diuersae aegrotantium determinationes sibi substitui possint. Foret idem haud exiguum compendium practicis. Nam ita paucae regulae pluribus casibus sufficerent. Postulat vero ista doctrina varia principia pathologica prius exponenda, quorum beneficio analysis morborum horumque caussarum usque ad virtutrumque simplicitatem institui possit. Consta-

C

ret

ret tum, quare exempli caufsa iuuenes, ob certum
vitae genus, saepe substitui queant senibus decre-
pitis? Et sic porro. Faciles erunt istae substitu-
tiones eruendae sufficiente doctrina pathologica
imbutis. Non fert enim praesens rerum mea-
rum conditio hocce argumentum vterius prose-
qui; dum ob iter longum propediem suscipien-
dum, me breuem esse atque hic subsiste-
re oportet.



207
SERENISSIMO

GABRIELI DE PARIS, ROMA,

PRINCIPI PRUSSICO

JOSEPHO ALEXANDRO

ET AGOSCG
PRINCIPI DE JABLONOW

ET DE LACHOWCE,

COMITI DE ZAWALOW ET LISIANKA;

LIBERO BARONI DE PODHORCE

JABLONOWSKI

DAPIFERO MAGNI DVCATVS LTVANIAE,

GVBERNATORI DE BVSK, KORSVN

ET WOLPA.

CAPITANEO DE ONYXL, DZWINOGROD

ET ZAGOSC

D O M I N O T E R R A R V M

RAKANCISK ET LAWARYSK,

E Q V I T I O R D I N I S P A L A T I N I ,

D O M I N O M E O C L E M E N T I S S I M O .

**SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME.**



Clementissime placuit SE-
RENITATI SVAE
partes medici, in SVA IL-
VUSTRISSIMA AVLA obeundas,
mibi concedere. Concedat iam indul-
gentissime SERENITAS SVA, ut

a 2

Illi,

Illi, deuotissime sacratis paginis istis
inauguralibus, protanta mihi exhibita
benignitate animum meum gratissi-
mum publice profitear, atque SER-
ENITATIS SVAE vltiori cle-
mentiae, inter ardentissima vota pro
Illi TOTIVSQVE SERENIS-
SIMAE DOMVS perpetuitate sa-
lutis, me humillime commendem. Ita
perseuerabit,

SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME,
SERENITATIS SVAE

Hala ad Salam
die I. Novembris
1554.

humillimus Seruus
ERNESTVS FRIDERICVS LETZAV.

SUPREMORVM IN MEDICINA HONORVM
C A N D I D A T O
S. D.
D. ADAMVS NIETZKI.

Poteratne mihi quid gratius, votisque meis accommodatus illa occasione
contingere, TIBI simul gratulandi et de Doctoris dignitate, et de
sparta Medicis, quam in SPLENDIDISSIMA AVLA SERENISSIMI
PRINCIPIS TABLONOVII administrabis? Neque e longinquo pe-
rendae erunt rationes tanti gaudii, tantique deliciamenti, quantum ego
nunc percipio ob te auctum exornatumque. Nostri enim, PRAESTANTIS-
SIME CANDIDATE, probeque nosti, quantopere bene velim amicis, qui
doctrina morumque integritate complures quidem superant, aduersa tamen
fortuna vti debent. Ex quo enim in Academia Fridericiana comonoratus
eras: ex eo tempore mibi non alio, quam nomine assidui auditoris, fidique
comitis ad strata aegrorum innotuisse. Saepe mibi hic oborta erat occasio,
studium TVVM admirandi, quod ostendisti partim in principiis Theoriae Me-
dicæ ad casus rite applicandis, partim in ista ex obseruatis magis exco-
enda, partim in postponendis illis incommodis, cum quibus nonnun-
quam

quam iungitur aditus ad aegrum. Quam quoque diligentiae laudem ab aliis
praeclaris viris in Academia te impetraturum esse spero, ad querum cogni-
tionem tibi peruenire licebat. Accedit, quod ob animi TVI praeclarum
genium mihi factus sis familiarior. Vnde te penitus pernoscendi mihi fa-
cta est copia. Quam saepe optare solebam, ut tibi mox occasio nascatur,
exercitio Artis salutaris rebus TVIS magnifice consulendi. Et nunc applau-
dit fortuna votis meis; patefacto tibi aditu in Aulas Magnatum Poloniae.
Fruere iam illa felicitate per multos annos, cuius Medicus compos fieri pot-
erit, qui inter gentes artem suam exercet, quas natura ab aliis excellentia
animi distinctas esse voluit! Nec dubito, fore, ut hancce felicem sortem
adipiscaris, si eodem studio continuaueris causas aegrorum agere, cuius
complura specimina hic dedisti; si simul conatibus istis prudentiam morum-
que elegantiam adiunixeris. Quia denique in exercitationibus disputatoriis
priuatis ingenium TVVM saepe probasti: idem quoque futurum esse
in consilio publico disputatorio, mihi iam praecidere licebit; ubi Dis-
sertationem TVAM inaugurem, utilissimi sane argumenti, contra publicas
doctorum obiectiones mascula propugnabis. Macte ideoque bonis animi, ma-
cte noua virtute! Quod TIBI iam ista status TVI mutatio bene vertat!
Restat, ut de meo in TE amore certus, me quoque ulterius amare pergas.
Vale resque TVAS feliciter age. Dab. in Acad. Frider. Ipsi Cal. Nouembr.


A. O. S. CLOCC LIV.

01 A 6528

ULB Halle
002 928 698

3





DISSERTATIO IN AVGURALIS MEDICA
DE
**MORBORVM
DIFFERENTIA INDIVIDVALI
GENERATIM**

QVAM
SVB AVSPICIIIS SVMMI NVMINIS
EX AVCTORATE GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE
VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ATQVE EXPERIENTISSIMO
DOMINO

D. ANDREA ELIA BVCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMI PRVSORVM REGIS CONSILIARIO INTIMO,
MEDICINAE ET PHILOSOPH. NATVR. PROFESS. PVBL. ORDINAR.
FACVLTATIS MEDICAE H. T. DECANO,
IMPERIAL. ACAD. NATVRAE CVRIOSOR. PRAESIDE
ET COMITE PALATINO CAESAREO,

**PRO GRADV DOCTORIS
RITE CONSEQVENDO**

DIE II. NOVEMBR. CLO IOCC LIV.

H. L. Q. S.

PVBLICE PROPVGNABIT

AVCTOR

ERNESTVS FRIDERICVS LETZAV

REGIOMONTO-PRVSSVS.

HALAE AD SALAM
E TYPOGRAPHEO CVRTIANO.

